



sum igitur, loquitur generaliter de interdicitis per constituciones, & volum. 8. vers. De utroque autem, opponit qualiter res prohibita possit esse materia voti, cum sit mala. Et respondet his verbis: Quando res est interdicta, quia per se mala, votum illius iniquum est, quando vero tantum est mala, quia prohibita, potest sub dispensationis conditione esse materia voti. Et clarior Leonardus libro secundo de iustitia cap. 40. dubio 20, num. 72, ubi hec ait: Si iuxta aliquam regulam contrarium, ut orare ea hora in templo, qua iuxta regulam debet esse in cubiculo, tenentis petere licentiam. Et potest probari, quia tradita ratio num. preced. militat etiam in hoc casu, cum similiter etiam in hoc casu intelligatur tacita conditio, si iuxta regulam contrarium, & ea posita est licita materia. Atque confirmatur, quia nulla apta discriminis ratio potest tradi inter materiam utrovius modo interdicitam: cum in neutro sit apta voto, absque superioris licentia, & illa accedente sit in utroque apta.

10 At probabilius existimo votum de se absolute interdicitur per regulam, nullatenus obligare, sed esse irritum: praterquam in casu specialis, in quo secundum prudentiam attentis circumstantiis concurreribus, iudicaretur majus Dei obsequium, ut dispensatione in regula facta per prelatum. Ratio autem est, quia latum est discrimen inter utrumque prohibendi modum: quando enim regula non prohibet absolute opus, sed tantum interdicit illud fieri absque licentia, illa licentia nec dicitur dispensatio, nec relaxatio regularis, sed potius executio eius, posito modo in ea petito ad exequendum opus: & ideo servato eodem modo est simpliciter melior, & nullo modo a regula devians. At quando prohibet absolute opus, est melius conformari regulari, loquendo regulariter, quam petere illius relaxationem, seu dispensationem a prelato: & ideo dispensationes sunt valde odiosae, & strictissimi juris, eo quod a jure communi concedunt devianti facultatem. Nec obstat, quod obicit Valentini, ut ex iplo retuli num. 4. nempe, actum contrarium non obligantem ad culpam, non definire esse formaliter virtuosum, ac proinde esse aptam materiam; quia est non desinat ac definit esse talis, quatenus virtuosum ponitur culpabili, ac definit esse talis, quatenus virtuosum dicitur id, quod melius est: quod ad voti valorem exigitur. Et ideo hanc sententiam fertur tenuisse Victoriam, & tenent aliquid docti Neoterici, quos tacito nomine refert, & sequitur latius probans Suarez, tomo secundo de religione, tractatu de voto, libro tertio cap. sexto in numero decimono usque ad 22.

11 Atque idem dicemus, quando prohibita absolute est per solius superioris preceptum. Quia ei contravenitur, dum preceptum non relaxatur, & melius est subdito obtemperare iusto superioris precepto, quam relaxationem illius procurare: & hoc quidem intelligo, dum iusta illius precepti causa durat: & superior est ita prudens, & timoratus, ut pra oculis soleat in suis preceptis habere majus Dei obsequium.

12 Utrum autem interdicitur Pontifice transitum ad religionem strictiorem, votum illius transitus valeat, dicemus cap. 33. num. 3.

13 Rursum est difficultas, an idem dicendum sit de votis realibus emissis a religiosis, & ab aliis subditis absque licentia superioris, an illa sint irrita, & sic non sit necessarium petere licentiam: ut elemosinam voueat? Et quidem si subditi illi habeant ex vi muneris administrationem honorum, ut habent prelati religionis, apertum est votum illorum de elemosina eroganda esse validum, nec includere conditionem affirmativam, si superior consenserit, sed solum negativam, nisi superior contradixerit. Si autem elemosina excelsit facultatem, quam habent, valet quidem votum, dummodo superior consentiat. Sicut contingit in aliis votis de rebus prohibitis. Quia in hoc eventu solus modus interdicitur, nempe, ut non fiat absque licentia. Quae bene docet Suarez, tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. c. 7. num. 2.

14 Si autem sit priuatus religiosus elemosinam vouens, & voueat de rebus in ulum sibi a superiori concessis, volens parcius illis uti, ut elemosinam largiatur, valet quidem votum, si superior licentiam concesserit. Sicut diximus in votis de aliis rebus interdicitis. Quia talis elemosina non dedecet statum religionis, nec est de re illicita, sed licita quidem, sub conditione tacita, quae ibi includitur, si superior consenserit. Quod etiam bene tradit Suarez eodem c. 7. num. 4. Atque idem feret aut num. 6. applicandum uxoriibus, filiisfamilias, & ieruis; nam votum reale horum de bonis, quorum liberam administrationem habent, validum erit. Ut si uxor habeat parapherna, (intellige in locis, ubi ob specialem legem non interdicitur illi administratio paraphernarum, ut interdicitur in hoc Castellae regno) vel si filius habeat caltra, vel quatuor, vel servus aliquid proprii ex pacto inito cum domino, quae omnia placet, addo tamen in his casibus uxoris, ferui, & filiisfamilias, non intelligi conditionem affirmativam, si superior consenserit. Quia ad eam dispositionem, nulla indiget licentia. Nec in eo voto filiisfamilias, & serui intelligitur etiam conditio negativa, nisi superior contradixerit, sed sunt vota omnino absoluta, (intelligo, si filiisfamilias sit pubes:) quia huiusmodi vota nequeunt a patre, aut domino irritari. Ut in locis specialibus de votis horum dicemus inferius.

15 Tota autem difficultas est, quando votum elemosinae est de rebus, quarum hi administrationem nullam habent? Ut si religiosus voueat elemosinam de rebus contentis. Suarez eodem cap. 7. num. 5. dicit regulariter votum esse impertinens, & ad nil obligare, licet in speciali casu, ubi grauis occurrat necessitas, quatenus ratio dicitur esse aperiendam superiori: at extra talem casum aut tale votum esse imprudens, & non obligare. Quia non tam est elemosina faciendi, quam de superiori monendo, ut elemosinam faciat: quod regulariter non expedit. Et statim num. 6. ait eandem ferre doctrinam ad uxores, filios, & seruos applicandam esse; quando de bonis viri, aut serui elemosinam promittunt.

16 At hoc non caret difficultate. Quia promissio facti alieni obligat iuxta canonico, & regio, & in foro conscientiae, & intelligitur, ut obliget ad procurandum bona fide, ut alter, in cuius potestate est id factum, id exequatur. Ut late probat lib. 1. de marit. disp. 24. a num. 7. usque ad 11. At si esset facta, & impertinens promissio non obligaret regulariter. Ergo potius dicendum est, regulam esse, ut sit iusta, & valida promissio, & prudente consensio: ac consequenter idem in voto dicendum est. Et ideo credo, ubi non constaret fuisse de intentione vouentis largiri eam elemosinam inconfulto superiori, & intelligendum esse votum prout iuxta interpretatur similem promissionem homini factam, & ita inter illius esse regulariter validum obligareque ad procurandam licentiam illius elemosinam faciendi: Nec hoc est monere superiorem, ut elargiatur, sed cum debita humilissime procurare illam elemosinam erogari, petita licentia. Nec hoc dedecet statim religiosum. At si in casu particulari, attentis circumstantiis concurrentibus quantitas promissae, & superioris, & ita illi iudicaretur imprudens, & impertinens ea peticio, non obligaret votum.

17 Tertia conclusio. Satis est taciturnitas superioris videtur rem illam interdici a subdito fieri, & non contradicentis, ut subditus possit rem illam exequi: & ita ad exequendum id votum, satis est hic tacitus consensus. Quia ea taciturnitas est quaedam tacita operis illius exequendi licentia, dum superior ipse non contradixerit. Quia tamen in re ad se spectante, nec sibi noxia, consentire videtur. Regula qui tacet, de regul. iuris, in 6. At concedere licentiam illius operis exequendi spectat ad superiorem: nec hoc est sibi noxium, ut explicabimus c. 27. numero ultimo: ubi & dicemus, quomodo hoc intelligatur. Ergo jure optimo potest subditus presumere licentiam operis exequendi, dum superior non contradixerit. Et ita docent Innoc. c. Scriptura, num. 3. vers. Sed nobis, de voto, & ibi Joann. Andr. num. 4. Hostiensis num. 7. Card. num. 6. quest. 12. Greg. Lopez l. 3. verb. De edict. tit. 8. p. 1. Turresc. c. Sini quidam 17. qu. 1. num. 5. in fine, Val. 2. 2. disp. 6. g. 6. puncto 6. qu. 1. in fine, Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 5. num. 20. in fine. Quod tamen intelligendum est, quando superior poterat commodè prohibere: alias non erit licentia, sed mera permissio, quae non exulat. Sicut hanc taciturnitas superioris exequi religionis de rebus aliis quibus abique expressa superioris licentia disponemur. An vero hanc taciturnitas cognito voto censatur quoque eius approbatio, & licentia ad illud, dicemus c. 27. num. 45. Limitat autem Valentini, ut intelligatur, quando res illa per regulam interdicitur non est maiori bono obstant: non regula obligat ad peccatum. Ad limitationem non intelligo, quia si regula obligans sub peccato non interdicit rem simpliciter fieri, sed tantum ne fiat absque licentia, sed est ad culpam evitandam hanc licentia tacita cum eam iudicemus legitimam ad disponendum de aliqua re, cum tamen id sine licentia fieri, esset contra paupertatis votum. Sicut enim simpliciter interdicit, votum diximus num. 10. esse irritum. Atque fat esse rationabilem de futuro probabiliter praesumptam ad id votum exequendum, tradunt Sylv. verb. Votum 3. q. 3. ad finem, & Greg. Lopez eadem l. 3. ad finem. Quod quando sit intelligendum, trademus agentes de voto paupertatis, ubi disputabimus, quando ea sufficiat, ut licite religiosus de aliqua re disponat.

18 Ex his deducitur primo, subditum emittentem vota de rebus his sibi prohibitis non petita prius superioris licentia, minime peccare. Quia in huiusmodi votis intelligitur tacita conditio, si superior dederit licentiam, ut diximus numero 8. at illa accedente est materia illa ad votum apta. Et sic tradunt D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 3. ad 4. Turresc. c. Sini quidam 17. quest. 6. num. 11. Greg. Lopez lib. 3. ad finem tit. 8. part. 1. Sotus lib. 7. de iust. quest. 3. art. 1. dub. 3. columna 2. vers. de utroque autem, & in solutione ad mirum Sylv. verb. Votum 3. quest. 4. Tablona verb. Votum quinto, qu. 4. num. c. Navarra. Summa Latina, & Hispana c. 12. num. 67. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 5. num. 20. in fine, Manuel. 2. summa c. 8. numer. 3. Vega 2. tomo summa, c. 129. casu 90. Quod tamen intelligendum est, nisi quando materia ita est interdicit absolute per regulam, aut praecceptum superioris, ut est incepta voti materia, iuxta dicta num. 10. & 11. tunc enim esset culpa venialis. Quia promittitur materia contra consilium, quae magis bonum impedit, & sic est incepta voto.

19 Secundo deducitur, si quis illa vouerit aliquid regulam, aut praeccepto superioris sibi interdicitum, ut interdiceret superiore inconfulto illud exequi, votum esse profus irritum. Quia

Quia etenim ea materia est apta voto, quatenus tacite imbit conditionem, si superior consenserit. Ut diximus num. 8. Ergo quando expressa vouentis intentione sit consensus excluditur, erit voto inepta, ac proinde votum profus irritum. Atque ita docent Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dub. 10. num. 72. Azor. tomo primo in iustit. moralium, lib. 1. cap. 16. quest. 5. in fine, Suarez, tomo 2. de religione, tractatu de votis lib. 3. c. 6. num. 9.

20 Tertio deducitur, quid sentendum sit de subdito implente votum, postquam illud superior irritavit. Quidam peccare sentiunt: id quod votum implet contra superioris voluntatem. Ita, Angles fortius secunda parte, quae unica de voto, art. 7. difficultate quinta in secunda conclusione, Manuel. secundo tomo summa c. 89. num. 7. Sayro in clavi regia libro 6. cap. 10. numero 13. loquens etiam de voto ex superiori licentia emisso. Vega secundo tomo summa cap. 126. casu 91. in fine. Et facit Ealuda. 4. distinctio 38. quest. quarta, art. 2. num. 19. & D. Antonius secunda parte, titulo 11. c. 2. §. 6. ad finem, ubi dicitur subditum non debere implere eijusmodi votum, contra superioris irritantis voluntatem. Addit autem tunc impleri contra voluntatem Manuel. ibidem, quando prelatum non ad subditi instantiam, sed propria sponte irritavit. Caeterum est verissimum sic peccare subditum implendo contra voluntatem prelati, quando praecceptum obligans imponit: ac sola voti irritatio auctoritate propria, nec id praecceptum, nec voluntatem, ut subditus id non exequatur, arguit, nisi ex circumstantiis occurrentibus, aliud colligatur. Quia ea irritatio potest eo solum tendere, quia vult subditum voto non grauari, quamvis materiam interdiceret nolito.

21 Ultimo deducitur, dum Doctores num. 8. etiam dicunt vota subditorum de rebus interdicitis non esse statim valida, & obligatoria, intelligi, non quod sint omnino irrita: si enim talia essent, non obligarent accedente superioris licentia, ut ipsi tunc obligare tarentur. Sed dicendum est omnia huiusmodi subditorum vota, siue de rebus prohibitis, siue de concessis emissa, nec esse absolute obligatoria, nec ipso facto irrita, sed medio modo se habere: obligant enim, quando sunt de rebus prohibitis, stante conditione, si superior placuerit: & quando sunt de rebus licitis stante conditione, si superior contradixerit. Et ita docent Cajetanus in summa, verb. votum, c. de quatuor conditionibus ex parte vouentis, §. Imperfectio autem etatis, ubi de imperfectione ratione subditus, & ibi Arnilla num. 7. Suarez, tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 3. c. 6. num. 9.

22 Demum ad contraria argumenta, proposita num. 4. respondetur. Ad primum die, monachum non ita suam voluntatem in prelatum transfuisse, quin in multis, nec a superiore nec a regula interdicitis, sit sui arbitrii, quamvis dependenter a superioris voluntate, & sic non est votum de re profus aliena abique domini consensu: & eodem modo de subiectione impuberum erga parentes, & tutores dicendum est. Ad secundum constat ex dictis num. 10. in fine. Ad argumenta num. 5. proposita respondetur. Ad primum die intelligendum D. Basilium eo c. Monacho, quatenus ait non licere monacho vouere, quando votum est de tali absentia, quae aliis religiosis est scandalosa iusti ansa. Ut explicant Glossa finalis ibi, & Innoc. Joann. Andreas, Abbas, Hostiensis, Antonius, Anchar. Cardinalis, Ananias, Henricus, ubi citati sunt num. 6. Ad secundum negatur id antecedens. Ad tertium negatur consequentia. Quia est religionis perfectio extinguit vota antea emissa, siue tamquam mors quaedam spiritalis, siue quia iure humano id habeat; at vota postea facta non est, cur dirimat. Ad quartum die, consulto D. Thomam dixisse, ea vota non esse firma, & non dixisse esse irrita. Quia sentit revera esse valida, ac non habere omnimodam firmitatem, quia habent tacitam conditionem pendente a superioris voluntate. Ad ultimum die, ex eo loco nil colligi contra nostram sententiam. Quia ibi solum dicitur contradicentibus superioribus fieri, irritum votum: & audientibus, ac tacentibus obligare. Quid autem sit nec audientibus votum, nec contradicentibus, ibi non explicatur. Et ita non valet argumentum deductum ab auctoritate negativè.

SUMMARIUM.

Quando superior voti ignarus denegat illius implendi licentiam, non est voti irritatio, num. 23. Qui vouit rem a superiore, aut regula interdicitam, tenetur petere illius implendi licentiam, num. 24. Et ibi, quid, si ea non petita votum implet? Quid, si vouens intendit non se obligare ad petendam licentiam? num. 25. Quid, si tempore voti nulla erat materia prohibita, & postea supervenit? num. 26. Et ibi, quid, si vouens ignorabat licentiam esse necessariam? Quid, si tempore voti materia erat a superiore venita, & subditum illa latebat? num. 27. Et ibi an in hoc casu, & explicata sit votum irritum? An quando subditus tenetur petere licentiam, tenetur aperire votum? Resertur quaedam sententia, num. 28. Explicatur sententia Auctoris, num. 29. Quid, si intentio vouentis fuit illud manifestare superiori? numero 30.

An satis sit petere semel licentiam? num. 31. Et quid, si votum erat alligatum tempore, aut unico actu complendum? num. 32. Quid quando superior occupat subditum, est votum irritare nequeat? num. 33.

Quid in promissione humanae num. 34. An si prelati voti consensu interdicit materiam illius, aut impendi licentiam denegat, censetur illud irritare? num. 35. Et ibi an censetur irritatio, si superior factis ipso votum? Post num. 35. invenies summaria, quae desiderantur.

23 Questio secunda. An quando religiosi, & alii subditi dominative alterius potestati, emiserit votum rei interdicitae, & ita firmitas illius pender a superioris licentia, teneatur cum petere, ac superiori manifestare votum? Qua in re id apud omnes est compertum, nullatenus esse voti irritationem, quando prelati voti ignarus petamilliam illius exequendi denegat. Quia irritatio, sicut quilibet alius actus voluntarius, non fit abique voluntate hanc autem non fertur in obiectum omnino incognitum. Et ita docent Cajetan. 2. 2. quest. 88. art. 8. dubio 2. §. Ad objectionem vero, & Summa verb. Votum, cap. de quatuor conditionibus ex parte vouentis requisitis, §. Imperfectio autem etatis, Arnilla verb. Votum, num. 7. Abulenfi cap. 30. Numer. quest. 68. Sotus libro septimo de iustit. quest. 3. art. 1. column. 8. vers. At veriorum, Navarra. summa c. 12. num. 69. Alexer. summa c. 16. ubi de voti irritatione in genere, concl. 3. fol. 54. in fine, Angles fortius 2. parte, quest. unica de voto, art. 7. difficultate 3. Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 3. difficultate prima, conclusio 3. Valentini 2. 2. disp. 6. quest. 6. puncto 6. quest. 2. Manuel. 2. tomo summa c. 89. num. 3. Ludovicus Lopez 4. parte infrascripti conscientia c. 48. §. Vota religioforum, Grassi prima parte decisioum libro secundo, c. 29. numero 7. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 10. c. 7. dubio 2. vers. Mas agui ay orra difficultad. Sayro in clavi regia, lib. 6. cap. 10. num. 9. in fine, Corradus in suis responsis p. 1. quest. 302. Suarez, tomo 2. de relig. tract. de voto l. 6. c. 7. n. 13. & 14.

24 Secundo etiam compertum est, teneri huiusmodi subditos ex vi eiusdem voti, antequam sint in mora illius implendi, ad petendam licentiam exequendae rei promissae, nisi voti irritationem, dispensationem, aut commutationem impetret. Ratio est, quia cum votum illud impleri nequeat abique superioris licentia, vanum esset, ac irritum, nisi obligaret ad eam licentiam postulandam. Deinde quia obligans se ad aliquem finem, subinde obligat se ad ea media, sine quibus finis illi comparari nequit, id est ad ea promissio. Nec oblat votem aliquis sub conditione, non teneri procurare eam apponi a qua est id sit verum regulariter, ut tradentes de voto conditionali premiam ipsius vouentis, quam promissio ipsa postulat, ne vana, & infirmita sit. Atque ita tenent omnes Doctores citandi num. 28. cum etiam teneri hos ad manifestandum votum superiori asserant. Et ultra illius tenent Alexer. concul. 1. ubi cum retuli num. preced. Suarez, eodem tractatu de voto lib. 3. c. 6. num. 11. Petrus de Ledesma eodem c. 7. dubio 1. dicto 5. Corradus in suis responsis p. 1. quest. 301. Manuel. secundo tomo summa c. 89. num. 4. Vega 2. tomo summa c. 129. casu 90. Idem videtur aperte sentire Sylvester verb. Votum 3. questione 3. dicto 5. asserens subditum teneri facere, quod est in se, ut implet votum rei interdicitae. Et consonat, quod docent Ealuda. 4. distinctio 37. quest. quarta artic. 2. conclusio 3. num. 21. & ibi Supplementum Gabrielis quest. 1. art. 5. post. 3. conclus. vers. Primo Episcopus, D. Anton. 2. p. tit. 21. cap. 2. §. 6. vers. Primo ergo, Sylvester verb. Votum 3. quest. prima num. 1. nempe, Episcopum promittentem ingredi religionem, quod sine Pontificis licentia exequi nequit, teneri petere ab eo licentiam exequendi. Cum tamen licentia hanc exigeret ad solum votum implendum, non peccaret in illud, sed contra solum praecceptum non sciendi illud abique licentia.

25 Hoc tamen limitandum est, nisi subditi tempore voti emissi haberint expressè intentionem non se obligandi ad petendam licentiam, sed solum ad opus illud exequendum, quando prohibito cessarit. Quod ex se constat, quia votum non obligat ultra vouentis intentionem.

26 Ex quo deducitur, non teneri subditum ad petendam hanc licentiam, quando tempore voti materia non erat interdicitae, ac post interdicitae est. Ut si religiosus vouit jejunium tunc non prohibendum, & postea prelati iocis iunium prohibeat illi jejunium, aut in communi prohibeat omnibus jejunare ipso consulto, non tenetur subditus petere licentiam jejunii illius promissio. Ratio est, quia votum non obligat ultra vouentis intentionem tacitam, aut expressam. At neutra fuit obligandi se in hoc casu ad eam licentiam petendam: utpote quae tunc necessaria non erat. Et sic tradunt Aragon. secunda secunda quest. octingentesimo octavae artic. octavo difficultate prima conclusio tertia Sayro in clavi regia, lib. sexto cap. quinto numero vigesimo primo vers. Idem dicendum est, Suarez, tomo secundo de religione, tractatu de voto, & libro tertio cap. sexto numero decimo tertio. Et aliquantulum confusus dicunt idem Manuel. secundo tomo summa cap. octingentesimo nono numero tertio & Vega secundo tomo summa cap. 129.

129. casu 90. qui duo bene limitant, nisi quando subditus...

27. Secundo deducitur, a fortiori non teneri cum licentiam petere...

28. Punctus autem difficultatis eo pertinet, an quando subditus...

29. Ceterum quamvis prædicta sententia sit satis probabilis...

si petat. Probatur, quia votens paulo obligatur ad imple-

30. Quare ut teneatur manifestare votum, est opus expressa...

31. Non tamen satis est, subditum semel petisse tacito voto...

32. Monerim tamen dicta numero præcedenti, circa obligationem...

33. Quare ut teneatur manifestare votum, est opus expressa...

SUMMARIUM.

An Episcopi valide vocentur religionem, aut renuntiare episcopatu...

36. Questio ultima. An Episcopi, & quicumque alii clerici...

37. De voto autem magne peregrinationis, quod residentibus...

38. Alii vero censent votum longæ peregrinationis episcopi...

tunc enim transacto obligationis illius tempore, non est opus...

33. Atque idem intelligi, quando superior non prohibet materiam...

34. Imò idem, quod de voto diximus, habet etiam locum in promissionibus...

35. Tandem dubitatur, an prælati voti memor, & quicumque...

